



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Germanica

Châteillon, Sébastien

[S.l.], 1558

Capvt XXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54866](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54866)

THEOLOGIA

efficitq; vt libenter habeatur, & volenter feratur. Sed qui eam non amore habet, sed propter præmium habere se putat, huic est quàm grauiissima, ad eaq; libenter citò liberaretur: atq; hoc est cuiusq; mercenarij proprium, vt laboris sui finem exoptet, At verus amator neq; laborem, neq; tempus, aut dolorem ægrè fert. Hanc ob rem scriptum est: Deo seruire & viuere, est ei facile, qui id facit. Est istud quidem verum ei, qui amore facit: sed ei qui præmij causa facit, graue est. Idem sentiendum est de omnibus virtutibus & rectè factis, idemque etiam de integritate, æquitate, & similibus.

CAPVT XXXVII.

*Deus est
supra
omnem
ordinē.*

Dicitur, idq; verum est: Deum esse supra omnē, & absq; omni ritu, mensura, & ordine, & tamen dare omnibus rebus ritū, mensuram, ordinem, & rationem, id quod sic intelligendum est: Deus vult ea omnia habere, & tamē non potest ea in seipso sine creatura habere. Nā in Deo, sine creatura, nec ordo est, nec cōfusiō, nec ritus, nec nō ritus &c. Hanc
ob

ob rem vult, vt hæc esse, fieriq; pos-
sint & debeant: vbi enim verbum, o-
pus, & actio est, ibi necesse est, vt hæc
aut ordine, ritu, modo, & ratione fi-
ant, aut sine ordine. Iam ordo, & ra-
tio melior, & præstantior est, quàm
quæ sunt his cõtraria. Cæterùm hoc
animaduertendũ est, esse hominum
genera quatuor, qui ordinem, ritum,
legemq; teneant. Nonnulli id faci-
unt, non propter Deum, neq; propter
aliam vllam rē, sed propter coactio-
nem. Atque hi quidē, quàm possunt
minimum faciunt, idq; illis acerbum
est, & graue: alteri faciunt propter
mercedem: atque hi sunt homines
qui nihil aliud norūt nisi hoc ipsum:
putantq; debere & posse hominem
hoc pacto cœleste regnum, æternāq;
vitam assequi & mereri: nō vlla alia
re: quiq; harū rerum plurimum fa-
ciat, hunc esse beatum: qui verò ali-
quid omittat aut negligat, hunc per-
ditum, & diaboli esse. Atque hi ma-
gnum hūc studium & diligentiam
adhibent, & tamen eis acerba res est.
Tertij sunt, mali falsiq; spiritus, qui
se perfectos esse putant: atq; dicunt,
& his rebus non egere, itaq; eas tan-

tūm

*Quatuor homi-
num ge-
nera, quæ
seruant
ordinem*

tum pro ridiculis habent. Quarta homines sunt vero lumine collustrati, qui hæc non mercedis gratia obeunt, (nihil enim his consequi volunt) aut ut aliquid harum rerum opera obtineant: sed quicquid horum faciunt, amore faciunt, atque hi non adeo sunt solliciti, quam multa horum & quam cito fiant, & huius generis alia: sed quam bene, & ut cum pace modoque fieri possint. Quod si quo casu acciderit, ut aliquid horum & similitum negligatur, non idcirco pereunt satis enim sciunt, ordinem & rationem meliorem præstantiorumque esse, quam si quid nulla ratione fiat. Itaque rationem retinere volunt, & tamen sciunt felicitatem in eo non esse positam, ideoque non tantoperè anguntur ut cæteri: atque hi homines ab alijs selectis vituperantur & damnantur. Dicunt enim mercenarij: Hi homines omnino negligunt seipso: dicuntque aliquando eos esse iniustos, & huius generis alia. Alij verò, videlicet qui sunt liberiore spiritu præditi, dicunt deridendi gratia, eos stupidè stultèque se gerere, et similia. At ipsi mediū, optimumque tenent: vnus enim amator
 Dei

Dei melior est, Deoq; charior, quàm centū milia mercenariorū. Atq; idē de eorum operibus, sentiendum est.

Hoc quoq; animaduertēdum est, Dei præceptū, orationēq; omni- que doctrinam eò spectare, vt interior homo cum Deo coadunetur. Quod vbi fit, ita bene componitur & docetur exterior homo ab interiore, vt is nullo exteriore præcepto aut doctrina egeat.

At hominū præceptio & lex pertinet ad exteriorē hominem: estq; necessaria, vbi meliora nesciuntur. Ibi enim nescitur quid agendum sit, aut omittendum, vt nisi adsit disciplina, sint homines canū aliarum, ue bestiarum similes.

CAPVT XXXVIII.

I Am falsi luminis facta mentio est, de quo dicendum est aliquid, quid nā id sit, & quid sit ei propriū. Scito, quicquid vero lumini contrarium est, id esse falsi proprium.

Veri luminis proprium omnino est, vt decipere nolit, neq; velle possit vt quisquā decipiatur, neq; item ipsum decipi possit. At falsum lumē deci-

*Falsi lu-
minis
descri-
ptio.*